

Acta et Documenta Joannis de Pruetis Abbatis Praemonstratensis († 1596)

Textes publiés et commentés par (†) P. Em. VALVEKENS, O. Praem.

(suite *)

*F. van Vlierden à W. van Corsworm, administrateur de Tongerlo
probablement après 12 septembre 1588*

Le troisième évêque de Bois-le-Duc, Crabbeels, venait d'être installé comme prélat de Tongerlo. Les pourparlers pour arriver à la désunion de l'abbaye d'avec l'évêché avaient déjà été entamés. Crabbeels n'y était guère opposé. Les négociations furent encore longues. Vlierden y fut mêlé d'assez près. Il donne un aperçu de la situation, telle qu'elle se présente en ce moment.

Venerande Confrater,

Literas Fraternitatis Vestre, quas 12 Septembris accepi, exhibui legendas Domino Conciliario Boxhoren¹⁸⁹⁾; et que ab eodem de negotio vestri monasterij potui intelligere, hac Fraternitati Vestre transscribam.

*) *Analecta Praemonstratensia*, XXX (1954), 236-278; XXXI (1955), 136-158, 253-279; XXXII (1956), 102-144, 293-336; XXXIII (1957), 82-140.

¹⁸⁹⁾ Le conseiller Boxhoren joua un rôle fort important dans les longues négociations pour la délivrance de l'abbaye de Tongerlo. Vlierden connaissait le personnage. Dans le registre des lettres de Vlierden, un billet du 13 août 1583 est adressé au Licencié Ludolphe Boxhoren. Billet d'importance secondaire, il est vrai. Vlierden engage Boxhoren à payer aussitôt une somme de 70 à 80 florins à certain charcutier, chez lequel l'abbaye de Parc, réfugiée à Louvain, venait de passer commande pour sa provision de viande. Boxhoren devait notamment une somme d'argent au prélat de Parc. Le payement envisagé de 80 florins servirait de premier versement. La minute du billet, daté du 13 août 1583, se trouve dans le registre « Varie Epistole F. Vlierden, abbas Parchensis », fol. 33 v°.

Cum quasi certum haberetur ex literis privatis Domini Cancellarij Regiam Maiestatem consensisse in extinctione incorporationis et dotem assignasse episcopo 8.000 florenorum monete antiqui cursus, vel 12.000 florenorum circiter presentis cursus, et eiusdem literas esse transmissas, Dominus consiliarius Boxhoren cum secretario Wytfliet omnem adhibuerunt diligentiam ut literas ipsas obtinere possent et similiter earumdem executionem. Et ad eorum instantiam litere facta est magna inquisitio tam apud Dominos consiliarios et secretarios quam apud Suam Celsitudinem; verum, hactenus non potuerunt invenire, sed nec umquam ad manus Dominorum de Consilio pervenit. Unde communis est eius eque ac Minorum probabilis opinio eam forsitan in via perijsse, cum duo ordinarij cursores ex Hispanijs venientes ante aliquot menses interciperentur.

Cumque iam litere non invenirentur et tamen satis certum esset de voluntate et consensu Sue Maiestatis, per privatas literas Domini Cancellarij, diu multumque consultatum est inter Dominos de Consilio Status quid facto opus esset, nam satis considerabant omissis literis Sue Maiestatis nihil posse in negotio extinctionis vel separationis a quoquam ex autoritate peragi, et ex altera parte non ignorabant accelerandam esse separationem et permittendam liberam fratribus electionem propter Reverendissimi infirmitatem et debilitatem; cui, si forte aliquid humani eveniret, omnibus certe studijs et conatibus et impensis celeriter factis, nihil prorsus effectum esset, sed dumtaxat actum ignotis, eo quod sede vacante nihil immutandum sit et contenderet Capitulum pro administratione bonorum detinenda; quandoquidem Capitulum Mechliniense consimilem administrationem contra Affligemienses religiosos obtinuit. Dumque hec similia inter dominos de Consilio Status agitantur, Dominus Consiliarius Boxhoren, periculum aliquod cernens in mora, neque consiliarium qui multam antea in eo negotio prestiterat operam vobis demereri cupiens, ex nomine monasterij vestri cuidam non contemnendum obtulit honorarium. Et tandem ex Minorum consilio scriptum est in Hispaniam pro habenda ut loquuntur duplicata regii consensus; nec dubitant quod illud post aliquot septimanas certo sint recepturi. Et, ne interim negotium tam magni ponderis aliquo infelici humano casu patiatur exitium et future separationis et extinctionis incorporationis statim quedam fundamenta et initia inveniantur, bonorum capiatur cognitio et eorumdem fiat estimatio et utriusque, tam episcopi quam conventus, expetatur consensus. Nam existimant Domini separationis istud negotium magni fore laboris et longioris temporis et quod non facile in unam eandemque summam Reverendissimus et conventus consentiant; sed quod forte commissarij acta sua cogantur ad Consilium referre ut autoritatem suam interponat. Et futurum fore intelligo negotium commissum Domino Consiliario Boxhoren una cum secretario Wytfliet, sine quidem scripto aut instrumento aliquo probante sed dumtaxat verbatim; qui tamen, ne sine fructu labores et molestias habeat, adferet secum literas Domini Pamelij tam ad episcopum quam conventum, quibus movebuntur ut

in omnibus ei fidem adhibeant in postulationibus faciendis ; et non dubitat Dominus Consiliarius Boxhoren quin Reverendissimus libenter literis Domini Pamelij sit acquieturus, etiam si regis signaturam non videat. Mihi nulla adhuc significatio alicuius commissionis facta est.

Hec omnia putavi Fraternitati Vestre transcribenda, ut ex ijs colligat quid sperandum de negotio. Et ipsis satis Fraternitas vestra considerat quasi certam haberi Sue Maiestatis voluntatem et favorem iam experiri Dominorum de Consilio Status, qui tam sedulo in Hispanijs scripserunt et iudicant negotium pro communi bono esse iam accelerandum. Vestrum iam est resolvere utrum melius sit acceptare inchoationem separationis, quam Domini de Consilio offerunt, vel potius aleam et periculum longioris more subire ; quod ego nullo modo suadeo, maxime si ea est Reverendissimi imbecillitas, quam fertur.

Quod attinet ad 8.000 florenos episcopo a Rege assignatos, ait Dominus Boxhoren Reverendissimum Buscoducensem numquam certa millia postulasse sibi assignari, sed Regiam Maiestatem sponte et ex propria natura constituisse eam dotem pro mensa episcopi.

Minute autographe de Vlierden dans « Varie Epistole F. Vlierden, abbatissae Parchensis », fol. 100 r^o - 102 r^o.

Despruets nomme un Prieur à l'abbaye de Perray-neuf

15...

Depuis 1518, l'abbaye de Perray-neuf était tombée en comende. Despruets y nomme comme prieur Licinius Guillebert. Celui-ci fut confirmé dans cette fonction au cours de la visite canonique que Jean Lepaige fit à Perray-neuf en 1602. Lepaige dit notamment dans sa *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, p. 983, en citant son relictum visitationis de 1602 :

«... fratrem Licinium Guillebert, quem tamquam pium sufficientemque et idoneum pia memoriae reverendissimus D. Despruets, Praemonstratensis monasterii abbas, jamdudum in Priorem hujus ecclesiae constituerat, prout per litteras authenticas nobis exhibitas constituit, eum proinde in hujus monasterii Priorem confirmamus et praeficimus. Fideli namque confratrum testimonio compertum habemus eum esse in conservanda disciplina monastica sedulum et in charitatis ardore fervidum ».

Au cours de cette visite canonique, Lepaige confirma la plupart des dispositions, prises par Despruets en 1588 pour l'entretien et la nourriture du couvent. Lepaige constata toutefois que la portion de froment que Despruets avait affectée à l'entretien de chaque reli-

gieux était excessive. Despruets avait réclamé notamment un nombre déterminé de « sextarii » de froment. Selon la mesure du pays, ce « sextarius » était fort grand. Lepaige ramène donc la portion de froment à six « sextarii » par personne. Voir *ibid.*, p. 985.

François van Vlierden au Couvent de l'Abbaye de Saint-Michel

27 mars 1589

Il donne la permission requise pour transporter Jean de Turnhout, religieux de Saint-Michel, de la prison de son abbaye dans celle de l'abbaye de Heilisse¹⁹⁰).

Ex certis causis et rationibus placet ut frater Joannes Theurnout, monasterij Sancti Michaelis religiosus, ex carcere eiusdem monasterii ad monasterium Heylissesemense transferatur.

His infrascriptis conditionibus :

Primum, ut Reverendo Domino Abbati Heylissemensi et alijs pro tempore rectoribus in omnibus semper prompte et humiliter obediat ;

2° ut omnium conventualium ibidem professorum sit toto tempore vite sue novissimus ;

3° ut juvenum more sub arcta custodia conventus perpetuo teneatur ;

4° ut bis in septimana, nempe ferijs quartis et sextis, sine ulla remissione vel gratia pane solum et aqua reficiatur ;

5° ut singulis ferijs sextis hora capitulari disciplinam corporalem suscipiat ;

6° ne umquam ex sacerdotij ordine presumat celebrare ; sed laicorum more communicare ipsi permittetur.

Actum Bruxelles. Et in fidem suprascriptorum subsignavi et subscripsi anno Domini 1589 27 Martij.

Franciscus a Vlierden,
Abbas Parcensis et Reverendissimi
Domini Premonstratensis ac Capituli Generalis Vicarius cum plenitudine potestatis.

¹⁹⁰) Jean de Turnhout semble être le même personnage que Jean van Mechelen. Comparez la double nomenclature du couvent de Saint-Michel, datant de 1570 et 1572, telle que je l'ai donnée dans mon étude *De Sint-Michielsabdij te Antwerpen*, publiée dans *Analecta Praemonstratensia*, t. I, 1925, p. 252, note 1. — Sur certains avatars de Jean van Turnhout, voir les *Admonitiones Reverendi Abbatis Antverpiensis ad religiosos suos*, publiés *ibid.*, t. V, 1929, p. 259.

*L'Abbé-Général Despruets à Sébastien Fuchs,
Prélat de Klosterbruck*

environ 1589

Sébastien Fuchs, Prélat de l'abbaye de Klosterbruck en Moravie, dota son abbaye d'une belle imprimerie. Celle-ci édita plusieurs livres liturgiques de l'Ordre. Despruets donna au prélat Fuchs tout pouvoir pour réimprimer certains livres liturgiques, dont les exemplaires manquaient dans les abbayes de son pays.

Nous ne possédons pas le texte de la lettre de Despruets à Fuchs. On peut en conjecturer le contenu, en lisant la lettre-dédicace, publiée par Fuchs dans le Bréviaire Prémontré, imprimé à Klosterbruck en 1597. En voici les principaux passages.

Epistola Nuncupatoria Admodum Reverendis... Patribus ac Dominis Dominis Abbatibus candidissimi Praemonstratensis Ordinis... salutem... Frater Sebastianus, humilis Abbas Coenobii Lucensis in Moravia exoptat.

... Certe quippe nobis suscepti operis constat ratio : quae triplex fuit. Defectus primo ingens exemplariorum Breviarij. Nam licet Reverendissimus Pater JOANNES DE PRUETIS, totius Ordinis nostri Praemonstratensis Generalis, sub annum 84 eadem Breviaria non sine gravibus impensis Lutetianis Typis excudi curaverit, praepostero partim tamen typographi obitu, partim multifario ingruentium bellorum tumultu ac suprema proprii coenobij necessitate (quam literis de ea re suis ad nos exaratis maiorem in modum deplorat) factum est, ut distractis celeriter exemplaribus, eadem novo subdi proelo minus commode potuerint. Huc accessit secundo eiusdem Reverendissimi Patris Generalis Indultum, quo plenam nobis eadem imprimendi Breviaria eaque in parte (ut ipsiusmet verbis utamur) agendi omnia, quae, si praesens adesset, ageret, elargitus est licentiam, paterno affectu omnes ac singulos nostrum exhortans, ut simul cum candido habitu unius quoque moris simus in domo Dei et in cantu, coeterisque Ordinis caeremonijs consentientes, unanimes uno ore communem laudemus Dominum : ante omnia vero Fidei Catholicae et Romanae, omni suspitione haereseos carentes pios nos cultores ac quae semel dixerunt labia nostra votorum substantialium sedulos observatores, non tam externo habitu corporis quam interno cordis affectu demonstramus. Demum invitavit nos et insitum illud qualecumque studium, quo commune Ordinis emolumentum pariter et ornamentum complectimur...

Lucae, 28. Augusti in Festo Sancti Patris nostri Augustini Anno 1597.

Bréviaire Prémontré de 1597, édition de Klosterbruck, fol. 2 r^o et v^o.

Jaspar de la Torre, religieux de Middelbourg, au Roi

vers 7 juin 1590

Expulsé avec ses confrères de l'abbaye de Middelbourg, lors de la prise de Middelbourg par les rebelles en 1574, Jaspar de la Torre fut destiné à l'abbaye de Saint-Nicolas à Furnes. Il se rendit toutefois bientôt à celle de Parc. Il y resta pendant huit ans et fit fonction de prévôt auxiliaire chez les Norbertines de Gempe. Plus tard, le prélat Vlierden le renvoya à l'évêque de Middelbourg, Jean van Stryen, qui restait en somme responsable des religieux de l'ancienne abbaye. Les circonstances de ce renvoi sont exposées dans la présente requête. Voir mon article *De laatste Religieuzen der Abdij van Middelburg*, dans *Analecta Praemonstratensia*, t. IX, 1933, p. 109.

Au Roy

Remonstre en toute humilité frere Jaspar de la Torre, Bruxellois, Religieux de l'abbaye de Middelbourg de l'Ordre des Prémonstrez au pays de Walcheren, comme a cause des alterations de la religion il a esté constrainct avecq tous ses autres confreres se retirer pardeca en l'an XVc lxxiiij, où il est par ordonnance de son Alteze envoye pour son alimentation a l'abbaye de Parcq lez Louvain ¹⁹¹⁾ au temps du defunct abbé Messire Ambroise Loots ¹⁹²⁾, quy le remonstrant n'a point voulu accepter sinon soubz condition que son superieur l'Evesque de Middelbourg payeroit la somme de cent florins, dont le defunct abbé Messire Ambroise a receu la somme de cinquante florins et le present abbé Messire Francois de Vlierden les autres cinquante. Or, est advenu qu'ayant le suppliant demeure en ladicte abbaye l'espace de sept ans sain et bien disposé, faisant son office comme les autres religieux dudict Parcq et au bout du huictiesme an est tombé en grande maladie et debilité de son corps, laquelle est esté cause que le présent abbé at le suppliant renvoyé a sondict Superieur, auquel semble estre bien seant que luy soient renduz lesdicts cent florins. Et a cause que le superieur du suppliant a demande la restitution d'iceulx pour l'assister en ses habillemens et autrement, si n'a toutesfois ledict Seigneur abbé a ce voulu entendre. Supplie pourtant le suppliant treshumblement que Vostre Maiesté soit servie d'induire ledict seigneur Abbé a la restitution desdicts cent florins. Quoy faisant, etc.

¹⁹¹⁾ En 1574, de la Torre fut destiné à l'abbaye de Furnes. Voir *art. cit.*, p. 109.

¹⁹²⁾ Loots devint prélat en 1577.

Apostille du 7 juin 1590.

Soit envoie a nostre maistre Clarius a fin d'induire l'abbé de Parcq à faire la raison au suppliant et en default de ce m'envoyera son besoingné avec son advis.

Faict à Bruxelles ce 7 de juing 90.

D'Enghien ss.

Pièce originale.

Archives de l'abbaye de Parc, XII, 1, doc. n° 54.

Maître Jean Clarius au Conseil d'Etat

25 juin 1590

Clarius donne son rapport sur ses négociations avec le prélat Vlierden de Parc, concernant la supplique, présentée au Roi par Jaspar de la Torre, religieux de l'abbaye de Middelbourg.

Ce rapport illustre de la façon la plus vive la situation des religieux de l'ancienne abbaye de Middelbourg. Depuis l'incorporation de leur maison à la mense épiscopale de leur ville, ceux-ci dépendaient de l'évêque comme remplaçant du supérieur régulier. L'évêque, Jean van Stryen, tenait à conserver sur ces religieux une autorité parfaitement inutile et inopérante. Ce rapport de Clarius met bien en lumière combien la situation des religieux de Middelbourg était difficile.

Amplissimi Clarissimique Domini,

Accepi literas Dominationum Vestrarum, datas a die septima huius, simul cum libello supplicis fratris Jaspari de la Torre et annotatione ad marginem asscripta. Quibus perlectis, pro illa quam debere me Amplissimis Dominationibus Vestris agnosco observantia, conveni Reverendum Dominum Prelatum Parcensem utque ad id quod petebatur prestandum inducerem quibus potui rationibus adlaboravi. Verum ille primo nequaquam se ijs literis, quas Concilio probatas ignoraret, constringi respondit : responsurum porro quando Amplissimi Domini Presidis cuiusve alterius e numero Clarissimorum Dominorum Consiliariorum manu signatas firmatasque constaret. At, cum de auctoritate illarum fideque simul secretarij a quo scripte essent nequaquam dubitandum affirmarem, ideoque me quoque, quod iussus essem, ad Amplissimas Dominationes Vestras responsum directurum, respondit demum fateri se numeratos partim predecessori suo, partim sibi florenos centum, neque tamen ad eorum restitutionem teneri, quia non de numerandis semel, sed in annos singulos centum florenis conventum esset, id quod manu Prede-

cessoris sui libro rationum inscriptum demonstrabat. Cum itaque religioso alteri a decima octava Januarij anni octogesimi usque ad messem anni octogesimi quinti (quo tempore illum insalutato hospite abijisse ferebat)¹⁹³ ; Jaspere vero usque ad Maium anni octogesimi noni vite necessaria prebuisset : vanam esse contendebat pecunie semel numerate repetitionem. Cum deinde eiusdem Ordinis religiosi, siquando ad aliud monasterium id culpa eorum exigente mittantur, victum secundum Statuta ipsorum deberi neque illos remitti posse obijcerem atque ideo aequissimum mihi videri ut ij quoque, quos odio Catholice Religionis sancteque professionis e monasterijs suis exactos rebusque omnibus nudatos constaret, simili beneficio afficiantur, cum presertim Regem nostrum Catholicum aut eos quibus ille supremam Reipublice administrationem commiserit, id omnino velle innotuerit¹⁹⁴ : respondit rei eiusce ordinationem ad eos, qui Ordini presunt, pertinere ; aliam deinde rationem esse eorum de quibus illud constitutum sit, aliam religiosorum de quibus suscepta controversia moveatur : eos namque qui propter culpam dimissi in aliud monasterium ablegentur, Ordini imprimis ipsi, deinde Abbati a quo recipiantur plenarie subijci solere mittique illos sive ad pastorum sive ad aliam quampiam prout Abbas voluerit conditionem. At religiosos a conventu Middelburgensi exturbatos in eiusmodi subiectionem nequaquam consentire, tantumque quantum Reverendissimo Domino Middelburgensi placuerit, subesse velle. Rogatum quippe predictum Jasarum num monasterio Parcensi incorporari vellet factaque promissione ibi perpetuo manere, id quia Reverendissimo Domino displiceret recusasse ; eaque de causa illum, quem tamen in moribus vitaeque quod culparet nihil habere fatebatur. quum per occultam (ut aiebat) infirmitatem conventui inutilis factus esset, ad Episcopum Middelburgensem, quem spiritualemente patrem haberet, remissum. His igitur pluribusque alijs, Amplissimi Clarissimique Domini, de re proposita cum Reverendo Domino Abbate Parcensi egi, sed eum tam ab omni accepto pecunie restitutione alienum reperi, ut lege potius acturus judicisque sententiam expectaturus quam in illam consensurus videatur.

Deus Amplissimas Dominationes Vestras Regi nostro catholico afflictoque Belgio diu incolumes conservare dignetur.

¹⁹³) Je ne saurais dire de quel religieux de Middelbourg il s'agit ici. Lors de la répartition des religieux en 1574, deux d'entre eux: Martin Arnoldi et Wautier van Wyck furent destinés à l'abbaye de Parc. Arnoldi devint chapelain à Haacht et y mourut le 5 décembre 1580. Je n'ai pas trouvé de renseignements précis sur van Wyck. Voir mon article *De laatste religieuzen van Middelburg*, l. c., p. 110.

¹⁹⁴) En 1574, les religieux de Middelbourg, chassés de leur maison, furent répartis dans les différentes abbayes prémontrées par Louis de Requesens, gouverneur-général de nos pays. Voir *ibid.*, p. 100.

Lovanij anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo mensis Junij die vigesima quinta.

Amplissimis Clarissimisque Dominationibus
Vestris ad obsequia paratissimus,
Joannes Clarius

Apostille du 3 juillet.

Soit ceste rescription communiquée au suppliant.

Faict a Bruxelles le iije de juillet 1590.

de Bertj. ss.

Pièce originale. Entièrement autographe de Clarius.

Archives de l'abbaye de Parc, XII, 1, doc. n° 112.

Liste de Religieux de Saint-Michel d'Anvers

après 30 août 1590 — 1603

Une liste des religieux, en assez grand nombre étrangers, qui vécurent à l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers depuis la mort du prélat Andries jusqu'en 1603. La liste fut dressée par le prélat Denis Feyten, en 1603.

Numerus omnium Religiosorum, qui aut modo sunt in vivis aut discesserunt aut obierunt nostro tempore a morte predecessoris nostri, Domini Emerici, qui obiit anno 1590 ultima Augusti, ad 7am Martij 1603.

In primis sacerdotes, qui erant in vivis 6 Martij 1603.

Reverendus Dominus Dionysius Feyten, Abbas.

Prior, frater Henricus Maes, a nobis receptus.

Supprior, frater Antonius Pels, a D. Emerico receptus et professus.

fr. Egidius a Gottengijs, senior omnium in Ordine, Pastor in Neerockerseel.

fr. Joannes Peltanus, baquelaureus et lector Theologiae.

fr. Gulielmus Heyms, a Reverendo Domino Guillelmo Grevio receptus, Pastor in Dorne.

fr. Adrianus Schoenhoven, ab eodem receptus, Pastor in Vosselaar et Beerse.

fr. Eduardus Clessis, ab eodem receptus, Sacellanus in Neerockerseel.

fr. Joannes Balen, ab eodem receptus, Pastor in Merxplas.

fr. Guilielmus Roberti.

fr. Norbertus van Rotten, deservitor ecclesiae in Schoten.

- fr. Gabriel Vanderhaeghen, sacellanus in Rekem.
- fr. Arnoldus van der Goes, cubicularius.
- fr. Petrus a Gemert, deservitor cure in Londerzeel.
- fr. Robertus Jacobi, deservitor cure in Brecht.
- fr. Matthias van der Goes, pastor in Meir.
- fr. Petrus Hanseman, circator.
- fr. Joannes Oesterman.
- fr. Nicolaus Maquelyn, provisor.
- fr. Ambrosius de Licht.

Sacerdotes extranei.

- fr. Mattheus Eersel, Pastor in Minderhout.
- fr. Joannes Hase, Pastor in Sgravenwesel. Uterque exules abbatie Middelburgensis.
- fr. Thomas Harera, Hispanus, ex monasterio Sancte Marie de Vite.
- fr. Petrus Malcot, doctor Theologie, qui obiit.
- fr. Anthonius Formier, Francus.
- fr. Joannes Soetendale et
- fr. Petrus Boels, ambo sacerdotes ex abbatia Everbodiensi.
- fr. Anthonius Cani et
- fr. Thomas le Bon, uterque ex abbatia Dommartin.
- fr. Antonius Nemier, juvenis ex abbatia Diligemensi.

Juvenes professi.

- fr. Michael Bouwens, diaconus.
- fr. Augustinus Hoechschaert, diaconus.
- fr. Bartholomaeus Grassis.
- fr. Guilielmus van den Bosch.
- fr. Petrus Martini, studiosus Valencenis apud Patres Societatis.
- fr. Petrus Screeuwel.
- fr. Christianus Michaelis.
- fr. Franciscus Schot.

Fratres laici et conversi professi.

- fr. Gerardus Lintermans, Sacrista in Neerockerseel.
- fr. Joannes van Campe, subsacrista.
- fr. Dionysius Leest, cocus in Neerockerseel.
- fr. Jacobus Vrehoudt, sartor.
- fr. Philippus Oem, oeconomus.
- fr. Cornelius Joannis, procurator braxatorii, pistor et cocus.
- fr. Vincentius van Nieuwerwe, cocus.
- fr. Judocus Joannis, subcocus, donatus ad vitam, sine habitu et voto,

Sequentes hij nostro tempore partim adhuc vivunt partim obierunt.

fr. Gerardus, sacerdos in Dilighem.

fr. Joannes Schilperoert, ex Middelburgo, obiit Pastor in Neer-ockerseel.

fr. Adrianus Estius, ex Marienweerd, obiit hic Prior.

fr. Joannes Floreff, ex Middelburgo, obiit pastor in Dorne.

fr. Augustinus ex Parco, fuit hic Prior.

fr. Joannes Bosman, ex Parco, fuit hic Prior.

fr. Claudius, ex Praemonstrato, fuit hic Prior.

fr. Simon Cambri, hic professus, obiit subdiaconus in Hispania.

fr. Joannes van Deventer, laicus professus, factus capucinus.

Juvenes non professi, qui habitum deseruerunt.

fr. Judocus Clericus, nescitur quo evaserit.

fr. Guillelmus, factus Dominicanus.

fr. Arnoldus van Hoven, studiosus modo Lovanii.

fr. Franciscus Goossens.

fr. Henricus Leenput, factus Minorita, discessit 5 Decembris 1595.

Laici non professi qui defecerunt a religione.

fr. Rumoldus.

fr. Abraham.

fr. Jacobus Hollundus.

fr. Joannes, sartor.

fr. Hubertus, factus postea Alexianus.

Deux feuilles. Munies de notes autographes du prélat Denis Feyten.

Archives de l'abbaye de Parc, liasse Saint-Michel.

Torrentius, évêque d'Anvers, au Président Pamele.

2 octobre 1590

Il lui recommande l'instruction, touchant l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers, datée de ce même jour.

Monsieur,

Aiant pour obeir a l'ordonnance de Son Excellence prins l'information sur l'estat du cloistre de Saint Michel en ceste ville, n'ay voulu faillir selon nostre reces de ioindre avecq nostre rapport une petite instruction de ce que sommairement avoy discoursu sur la suppression dudict cloistre au prouffit de mon eglise ; ayant prié le seigneur Praets de la presenter a Vostre Seigneurie et me laisser

sçavoir ce qu'en suivra. Car, combien que charge d'aage, ne scauroy jouir aulcun fruit de cest emprinse, toutesfois au regard du bien publicq ne puis faire moins que de l'avancer, tant plus que n'aurois iamais si bonne occasion d'y parvenir a nostre pretente. Car il n'y a que six ou sept religieux avecq peu d'estoffe pour faire un bon abbé et néantmoins remettant le tout a la discretion et prudence de Vostre Seigneurie, ensemble ses collegues, apres mes tres affectueuses recommandations, prieray Dieu leur donner en heureux gouvernement bonne et longue vie.

En Anvers, ce 2^{me} Octobre 1590.

De Vostre illustre Seigneurie
tres affectionne serviteur en Dieu,
L. Torrentius, evesque D'Anvers.

A Monsieur Monsieur Pamele, chief et President du Conseil
Prive de sa Maiesté a Bruxelles.

Pièce originale. La signature de Torrentius est autographe.

Archives Générales du Royaume à Bruxelles, Enquêtes ecclésiastiques, reg. 914, fol. 159 r^o.

(A suivre).